

DIDASCALIA
MVLTIPLIX

VETERIS, MEDIÆ, ET
NOVÆ, IVRISPRVDENTIÆ.

Es lib. III. de la Magro.
DICATA

Serenissimo Domino, ac semper
Augusto Principi
D.D. IOANNI AVSTRIACO.

*AD. Petro Antonio de Chauarri & Eguia,
Equite Militie Beate Marie de Calatra-
ua, in maximo Archiepiscopi Toletani
Collegio purpurea Toga condeco-
rato alumno.*



CVM LICENTIA,

Matris: Ex officina Melchioris Alvatez.
Anno Dni. MDCLXXVII.

Serenissimo, ac Excellentissimo D.
 D. IOANNI DE AVSTRIA,
 Catholici ac Potentissimi CAROLI II. His-
 paniarum Regis fratri, ab ipsoque regni to-
 tius moderamini admoto, iam diu
 maris Principi, &c.



PRIDEM Est (Serenissime Domine) cum in
 tui cultum impatiens tuabat animus; conti-
 nuit tamen tacitum, & reluctantem negata
 haecenus obsequij copia. Iam si eximia Her-
 roum virtus, & praestantia dotum haec de cli-
 tum animis pignora extorquent: cui potius
 secundum nutum obsequentissimum hunc destinarem volun-
 tatis affectum, quam vni tibi? in quem se se tota velut ef-
 fudit diuini Numinis beneficentia; quidquid bonum vspiam ef-
 fulsit, augustius in te emicat, alicique placidius. Et id dum
 auide contemplor, nequeo non, & foelicitati adblandiri meae,
 quae tenui huic mueri de tanti nominis stemmate affuderit
 amplitudinem, & in spem erigi, fore, vt tibi haud accidat in-
 gratum. Et quidem faustum mihi auguret de tua humanitate
 euentum: cum, vel ipso tuo nomine praeferas foelicitatem. Hanc
 siue decori th. seram, hunc siue studiosae audaciae impetum, vt
 ad tuae celsitudinis nutum venerabundus aduoluerem, obsequij
 animus est in crimine, amor in culpa. Tam excelso ergo Ma-
 cenati, qui in totius Europae transcurso Phebeae instar facis af-
 fulget, hic meus collimat libellus, volui enim ad tanti solis ra-
 dios more aquilarum ingenij aciem intendere.

*Illam, illum cupido tantum spectare vacauit
 Tranquillum vltu, sed maiestate serena
 Mulcentem radios, submittentemque modeste
 Fortune vexilla suae.*

Apud veteres nulla naus e portu soluebat, quae alicui Deo sa-
 crata non esset, atque ideo in puppi nominis alienius effi-
 giem gerebat, vt eo fauente nullas existimeret sirtes, nul-
 lumque naufragij periculum adiret; & licet placidum sa-
 pien-

*Stat.
 In epulo
 Domicia
 ni.*

CAP. I.

*Novae luce donatorum difficilimum Ulpiani responsura
lib. 17. ad edictum in l. si mortis causa, 29. ff. de
mortis causa donatio; Et lib. 21. in l. qui
mortis, 30. eod.*



ICET Latissimo calamo de hac materia
scripserint classici omnes, veteres, & neo-
therici, laudati ab Osualdo Illigero lib. 14.
commentar. Donelli cap. 33. lit. A. & à D.
Doctore D. Iosepho Fernandez de Retes in
suo Libello de donationibus, cap. 17. num. 1.
Et quanuis post luculentissimos tractatus de
hac re veteris Iuriconsultissimi Illustrissimi Episcopi Gofredi
de Salignia inter Interpretes, qui ad infortiatum scripsere, faci-
le Principis in repetition. ad text. in l. si servus 76. de hæredibus
instituend & ad text. in l. post legatam 5. §. qui mortis 17. ff. de
his quæ vt indig. aufer. & Præsidis Couarrub. in Rubr. de testam.
3. p. Antonij Gom. 2. tom. variar. resolut. cap. 4. vbi Ayllon Lay-
nez, Antonij Fabri de errorib. pragmat. decade 43. & sequentib.
vsque ad decad. 49. D. Ferdinandi Arjas de Mesa lib. 2. variar. re-
solut. cap. 39. Reynardi Bachouij volum. 2. select. disp. 19. & di-
cti Dom. Retes d. cap. 17. Aliquid adidisse, decerpisse videri po-
test, tamen haud possum nõ in medium referre aliqua huius tra-
ctatus præcepta, quæ veluti faciem præferant nostro Ulpiano, ma-
ximè cum teste Anaxo Seneca, veritas non dum sit occupata,
multam ex illa etiam posteris relictum est. Quod in votis habuis
quando in nostra Salma ntina Academia Vniuersum ius dona-
tionum mortis causa propugnaui anno 1675. cuius occasione
non tantum limina donationum, sed & penetralia lustravi.